



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

In tua & familiæ, &c. n. 28

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

norum addantur, non vero dixit esse addita.

Adverte insuper ex eodem Gavanto a nomine Paschatis, & Pentecostes diem primam dumtaxat intelligi, non vero duas ferias sequentes, nec dies infra octavam; quia solemnitas, ob quam excluduntur prædicta festa, solum est in primo die.

In tua, & familia tua presentia celebrari facere.

28. **N**omine Familiae hic venire docet Diana b Maritum, & uxorem, filios, & filias, ac etiam Nurum (Adde propter paritatem rationis, & Generum,) habitantes in eadem domo, & commensales, sicut & omnes servos, & servas commensales, qui in ministerio eiusdem familiae sunt. Id

H 4 qui

a Gavant. ibi b Dianap. 4. r. 4.

ref. 208.

quidem merito docet, hi enim omnes de familia dicuntur Domini.

Hinc bene infert Pellizzarius *a* Hortulanum colentem horrum Domini, & habitantem in eadem domo, viventemque ex salario ejusdem Domini, unum esse ex familia.

29. Sed quid de Factore, qui vivit quidem de salario Domini, sed dormit seu habitat in sua propria domo? Adhuc esse de familia idem docet, probatque ex doctrina Suarezii *b* doctentis nomine Familiaritatis peritæ ad usum privilegiorum competentibus Familiaribus Regularium, venire etiam Familiaritatem œconomicam, quæ non requirit commensalitatem, nec habitationem sub eodem tecto, sed solum vivere ex solario ipsorum. Idem ergo erit in casu nostro.

30. Quod si urgeas, sic etiam Capellanus Domini, qui in propria

a Pellizzar. l. cit. q. 12. *b* Suarez
30. 4. de Relig. ar. 10. l. 9. c. 4. n. 15.

pria domo vivit, & non in domo dicti Domini, sed solum habet salarium ad celebrandas pro ipso Missas, esset de Familia ejusdem; Respondet ibidem ita esse. Sed certe esse distinguendum; nam si talis Sacerdos sit Domino ita additus, ut semper, vel frequenter in celebranda, sive domi, sive præsente eodem Domino alibi, Missa, illi inferviat, puto posse dici de Familia: At si sit Capellanus quidem Domini, à quo pro Missis salarium habeat, sed cum libertate celebrandi, sive in Ecclesia determinata, sive ubi libuerit, non puto posse dici de familia, quia hoc modo non est Capellanus familiaris, sed externus; & ut talis, posset habitare in alia Civitate, ibique pro Domino dictas Missas ex ipsius salario celebrare quando eum appellare familiarem Domini nimis durum esset.

Quid de filiis, & eorum uxori-
bus, filiabus, & earum viris, si
forte

forte habitent in domo moraliter eadem, sed quilibet cum suis servis, & sub sua mensa, id est, domestici ejusdem patris familias, sed non commensales, dicentur de familia? Respondeo, idem Pelizzarius ibidem docet dici posse de familia saltem large, atque adeo eos cum iisdem servis posse uti hoc indulto Oratorii concessio Patri Ratio est, quia hoc privilegium est principis sine ullius præjudicio, atque adeo ampliandum, etiam ad familiam large sumptam. Dixi (si habitent in eadem domo) si enim habitent in alia, nec proprie, nec improprie sunt de familia partis.

An sicuti concedimus omnes Dominum solum sive familia posse sibi celebrare facere, ita concedendum sit posse quemlibet ex familiaribus, sine præsentia Domini dicam num. 40.